

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

131. Oleum Martis & Veneris Basilii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](#)

XXIII. GENUS.

*Menstrua mineralia composita ex menstruis
mineralibus compositis & corporibus metal-
licis, aliisque rebus tingentibus.*

131. Oleum Martis & Veneris Basiliī,
Libro de Conclusion. Sect. 1. Cap. 3.

R. **V**iridis aeris librās aliquot, & cum aceto destillato
(philosophico) fiat extractio, quæ cristallisatur
in Vitriolum nobile, ex quo per Retortam de-
stillatur oleum rubrum, quod solvit Martem in Vitriolum. Ex
hoc longo tempore & igne forti denuò extrahitur oleum ru-
brum, & sic simul habes sulphur Martis & Veneris. Hoc
oleo gradatur Luna, & obtinetur bona pars coronæ Regis.
Pars cum parte Solis & Lunæ simul fusa & in hoc oleo per
octo dies & noctes putrefacta in bonum aurum mutatur.
Laus Deo.

Annotationes.

Quanquam quodcumque menstruorum mineralium ad cuiuscun-
que corporis dissolutionem per quam sufficiens sit; nihilominus
tamen h.ec magis abhuc acuere eligerunt Adepti, corporum
metallicorum additione, ut eo melius dissolverent & tingerent
dissolvenda. In præsenti Recepto Basilius Martem dissolvit in spiritu
Veneris superius sub No. 113. descripto, redigit in Vitriolum,
tandemque in oleum compositum destillat. Sect. 2. Cap. 4. men-
struum hoc nuncupat oleum salis Martis: Jam te docui, inquit,
pellucidum Vitriolum ex Venere extrahere, & oleum rubrum
ejus.

ejus destillare , hoc oleum solvit Martem in Vitriolum , & adhuc semel destillatum fortiter per Retortam , habebis oleum tingens nobile , seu sal Martis , quod subditus est qui tributum Regi solvit , eumque ditat . Hoc oleum solvit aurum spirituale purpureum , & per Alembicum traducit , &c. Ex hoc oleo salis Martis , &c. Processus brevitare sua obscurior , non parum illustrabitur à sequente spiritu mercurii .

132. Spiritus Mercurii universalis ex Vitriolo Basiliī,

Labore 2. libri Revelat.

R. C uprum commune , ex quo fac viride æris communi more , quod tere , cui assunde bonam quantitatem Aceti destillati (philosophici , sive aceti cum spiritu vini phil. mixti) agita bene , & solvetur viride æris , sine ut subsideant fæces , & solutio erit valdè pulchra , pellucida & viridis . Acetum in Cucurbita abstrahē ad crassitiem , & in loco frigido crystallisabitur Vitriolum grave ad summum graduatum , quod denuò solve in aqua calida , aquam evapora donec spissescat , pone iterum in loco frigido & denuò coagulabitur Vitriolum , quæ solutio & coagulatio repetenda est tertio , & Vitrioli purificatio perfecta erit . Ab hoc Vitriolo in catino sine evapora-
re phlegma , & calcina donec rubore incipiat , tum satis erit .

R. Deinde silices puros , calcina , & exstingue candentes in Aceto destillato , reitera aliquoties donec bene calcinati sint . Tum denuò calcina & cum parumper refixerint assunde acetum (phil.) calefactum , & fac ut sensim siccentur . Horum lapilorum sic præparatorum accipe partem unam , Vitrioli jam calcinati partes duas ; trita misce , pone in Retorta terrea spiri-
tus non absorbente , vel in Retorta vitrea bene lutata , appone Recipiens magnum & vase bene lutato accende ignem per gradus , per 24 horas , deinde administra ignem fortiorem per alias 24 horas , & prodibunt spiritus virides albi , & igne sic continuato tandem guttae rubræ . Hunc ignem violentum
con-